Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cxxxij

qd singli obtulerunt ad maiestatis
tue honorem cuncta placeat ad salutem.
Inclina due aurem tuam accelera ut eruas nos. Oplm. Quia nos due medicinalis operatio. et a nris pusillanimitatibus clementer expediat. et ad ea que recta sunt producat. p. Fia iij. ad cōmos.

Fratres. Nichil damnationis est his qui sunt in xpo ihu. qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vite in xpo ihu. liberavit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabat per carnem. deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati. et de peccato damnavit peccatum in carne. ut justificatio legis impleretur in nobis. qui non secundum carnem ambulamus. sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt. que carnis sunt sapiunt. Qui vero secundum spiritum. que sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis. carnis mors est. prudentia autem spiritus vita et pax. In xpo ihu dno nro. Illo tpe. Accesserunt ad ihesum phanisei et saducei tentantes et rogaverunt eum. ut signum de celo ostenderet eis. At ille videns aut illis. Facto vespere dicitis serenum erit rubicundum enim est enim celum. Et mane hodie tempestas. habet enim triste celum. Faciem ergo celi dijudicare no

sciis. signa autem temporum non potestis. scire. Generatio mala et adultera signum querit. et signum non dabitur ei. nisi signum ionne prophete. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius transfretare. oblitti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini et cauete a fermento phariseorum et saduceorum. At illi cogitabant intra se dicentes. quia panes non accepimus. Sciens autem ihesus dixit. Quid cogitatis mecum modicae fidei. quia panes non habetis. Nondum intelligitis neque recordamini. quinque panum et quinque milia hominum. et quot cophinos sustulistis. neque septem panum et quot milia hominum. et quot sportas sustulistis. Quare non intelligitis. quia non de pane dixi vobis. Cauete a fermento phariseorum et saduceorum. Tunc intellexerunt. quia non dixerit cauendum a fermento panum. sed a doctrina phariseorum et saduceorum. Fia vj. l. e. b. iacobi apli.

Fratres. Subditi estote deo. resistite autem diabulo et fugiet a vobis. Appropiate deo. et appropiabit vobis. emundate peccatores manus. purificate corda duplici animo. Miseriamini estote et lugete et plorate. Risus